Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Communicantes et
nocte sacratissima
celebrantes resurrectionis
dni nri ihu xpi sm carne,
Sed et memoriam venere
antes in primis gloriose
semp virginis marie ge
tricis eiusdem dei et domi
nri ihu xpi. S; et btorum.
Hanc igitur oblationem
seruitutis nre, sed et
cuncte familie tue quam
tibi offerimus pro his quoq;
quos regenerare dignatus
es ex aqua et spiritu sco
tribuens eis remissionem
omnium pccorum. Qm dominic.
Pax dni. Dñs sed nō. Agnus dei.
osculum pacis nō datur.
Intim autem pl's et clerus
concl. et choraulus primus
ex his incipiat ad vs̄ an̄.
Alla alla alla. ps̄. Laudate
dominum omes gentes. solus
sine. Gl'ia pri. quo finito
incipiat choraulus an̄
post psalmum ut s̄. Ad mat̄
Ueniente autem sabbati que an̄
lucescit in prima sabbati venit
maria magdalena et altera
maria videre sepulchrum alla.
Deinde sacdos mutes se dicat
Dns vobcum. Oremus. post co.
Spm nrm dne tue ca
ritatis infunde; ut
qs sacmtis paschalibus
satiasti, tua facias pietate
concordes. Pro. causce. iterum
utat se dicens. Dns vobcum.
Diacon subiungat Ite missa est.
sine alla et sic miste officium
et vesperarum sil' terminantur.
In die resurrectionis dnice
et abhinc dnicis diebus fe
stivis usq; ad festum pentec.
exclusive ad aq̄ benedicte
aspersionem loco Asperges di
cat officians alta voce Vidi
aquam. Ad missam introitus.

RESURREXI